VIRVM
NOBILISSIMVM, AMPLISSIMVM
ET EXPERIENTISSIMVM
DOMINVM

SIMONEM
Weiß

PHIL. ET MED. DOCTOREM EXCEL-
LENTISSIMVM
VT ET
REIPVBL. PATRIAE THOR. CONSV-
LEM AC POLIATRVM
ITEMQVE
AERARII AC SCHOLAE CVRATOREM
GRAVISSIMVM
CVM
NOBILISS. OMNIQVE VIRTVTVM ELEGANTIA CONSPICVAM
FEMINAM

CONSTANTIAM
ORTV **TESMERIAM**

CONIVGEM AMANTISSIMAM
ANNO CHRISTI cIɔ Iɔ cc xxxi. AETAT. XXVIII.
d. III. Octob. MORBO ACVTISSIMO EREPTAM
AD DESTINATVM TVMVLVM
IN TMPLO GEORGIANO
SOLENNIBVS EXEQVIIS CONDECORANDAM
MAGNO LVCTV COMITARETVR
MOESTISSIMVM VIDVVM
SOLATIO QVODAM ERIGERE CONABANTVR
RECTOR ET PROFESSORES THORVN.

THORVNII
Impressit Ioh. Nicolai NOBIL. SENAT. & GYMN. Typographus.

D. O. M. S.

SAxum te vocat Viator!
Par votis vita, impari hominum iudicio comparatur
prosperis vulgo adnumeratur rebus,
meliorum tamen suffragio probata felicitas est,
similis vitae piae exitus.
Illud est, includi arctioribus miseriarum cancellis,
hoc, apertis portis, asseri in libertatem.
quanto inimicior hostis, cum blandus
amat vultu, hamat manu,
tanto insidiosior vita, quanto secundior
nocet, dum delectat.
Praestat sinistrior votis vita
religiosa tamen mentis conditio,
obitus ei non difformis.
Sequimur sic Dei voluntatem, cum nostram non assequimur,
non deserimur, cum nos deserimus.
Deficientibus votis, fati felicitas subvenit.
Obtinuit hoc
FEMINA NOBILISSIMA
moribus probatissimis, & rarissimarum virtutũ laude insignis

CONSTANTIA WEISSIA
nata TESMERIA

in omni vitae gradu, eodem eximiae probitatis tenore cõstans
simili pietatis constantia
vitiorum in vita
viliorum rerum in obitu victoriam
& immortalem mortem reportavit.
amittendo vitam, tenuit avitae fidei domesticam laudem
assveta a teneris modestiae
tenax maternarum virtutum exempli
non degener pientissimae matris filia
una in eo laboravit
ut facto ita viveret, sine fuco & simulachro
ac fato pari aliquando desineret.
Concors sine lite & querela uxor
unicae filiolae mater
rem domesticam perite ac diligenter administrans
prolixa in omnes comitate
nullo aliorum incommodo & iniuria
svavi iuvandi facilitate
nemini inferior
nisi valentioribus corporis viribus
ac diuturniore vita,
qva sola egere visa.
variis superior morborum periculis,
quibus identidem divexata,
evasit feliciter.

Sed

Sed iam praecipiti fato
acutissimi mali aestu consumpta,
pie vivendo, moriebatur quotidie
viva dum mori cogitabat pie
viva pietatis constantia e vivis excessit
d. III. Octobris hor. III. pomerid.
tribus beneficiis a Deo mactata
piis parentibus nata & educata
probo marito collocata
pie tandem ad beatorum sedes translata.
Praeterea triplici dote eminuit
spiritu erecto
corpore casto
fide constanti.
Illum cœlo reddidit, quia cœlestis,
istud terrae, quia terrenum.
hac Deo coniuncta vivit, marito probavit,
probatam exemplo omnes docet.
Lugent amissam,
quos reliquit in squalore, gemitu & dolore,
maritus, filia, cognati & amici,
illius moeror tanto altior
quanto latiora in eum uxoris merita
quae ullus vix amor aequare potest,
alteri in aetate innoxia noxium
quod matre caret,
quae omnes complectebatur caritates.
reliquos fatigat benevolentiae & consvetudinis desiderium.
Verum laedere pie Deo viventes, nefas est:
non opus, ad Deum translatos prosequi lacrymis
tamen verbis, ut admonearis, Viator precari,
pie defunctae perennem gloriam & quietem,
moestissimo marito solamen in lacrymis
remedia in animi moerore
incolumitatem in infirmitate
coeleste praesidium in omni vita
filiae inter lubricas educationis vices,
advigilante Numine,
validum aetatis robur,
certa virtutum incrementa,
ut sit Parenti
specimen fidei a matre relictum
maternae laudis exemplum
doloris lenimentum & delicium
familiae praecipuum ornamentum.
Salve, defuncta, aeternumque vale!
Vixisti tibi quidem satis, marito tantillum
filiolae pauxillum, mihi parum
seculo turbido, ut videris, nimium,
mortem habuisti, quale alius votum,
Iuvenis, quia pia, & cito, ut erat votum,
coelo recepta.

Hoc ingens nobis solatium,
quod brevi te, Deo volente, sequemur.
Tristi & grato animo dolens
h. m. p.
affinis
M. P. Iaenichius.

JSt denn kein Stern noch Glück vor unsre *Musen* mehr?
Soll immerfort der Blitz Parnaßi Spitzen rühren?
Und mag uns kein *Scholarch* mit Freudigkeit regieren?
Wilst du/ erzürnter GOtt/ daß alles wüst und leer/
Ja in den grund zerstöhrt/ soll gäntzlich untergehen/
Noch in den alten Flor zu keinen Zeiten stehen?

Das Hertze bebet mir/ die Wangen sind bethränt/
So offt ich nur den Fall in diesem Jahr bedencke/
Und zu dem Trauer-Hauß den Geist und Augen lencke/
Ein Herr/ umb den die Stadt auß Wehmuth seufftzt und stehn't/
In dessen kluges Thun die Hoffnung sich verhüllet/
Und doch in kurtzer Zeit so vieler Wunsch erfüllet.

Nun macht das Unglück sich an Ihn/ HochEdler Weiß/
Und sucht die Munterkeit in Schwermuth zuverkehren/
Ja seinen Geist und Hertz durch Kummer zuverzehren/
Indem Sein Ehe-Schatz/ der Frauen Ruhm und Preiß/
Der Tugend Eigenthum/ der Liebe rahr Exempel/
Von *Parcen* wird entführt in *Mortæ* schwartzen Tempel.

Ich bin gantz ausser mich/ und sehe zum Vorauß/
Waß dieser Tode-Fall uns kan vor Schaden bringen/
Wofern nicht GOttes Macht hilfft alle Furcht bezwingen/
Und wunderbahr erhält das höchstbetrübte Hauß.
Die Furcht ist auch gerecht: Weil ich in zwantzig Jahren/
Wer gut und böse ist/ mit Lust und Angst erfahren.

Die Danckbarkeit befiehlt/ daß man den rühmen soll/
Der Wohlgewogenheit und Gütigkeit erzeiget/
Und sein hülffreiches Hertz zu denen *Musen* neiget;
Jedoch der dumme Neyd wird leichtlich rasend-toll.
Drumb will ich lieber nichts von seinem Lobe schreiben/
Und dennoch nach Verdienst Ihm höchstverbunden bleiben.

Er weint/ ich weine mit! waß hilfft der Thränen-Guß/
Der seine Augen will als eine Fluth beschwemmen?

Die

Die Gottesfurcht befiehlt derselben Strohm zu hemmen:
Ein Christ verehret stets des Allerhöchsten Schluß.
Und wenn er noch so hart/ so soll doch unser Dencken
Sich dem Magnete gleich nach Gottes Willen lencken.

Vornehmlich/ weil Er weiß/ daß Seiner LIEBSTEN Tod
Ein Gang zum Himmel ist; zum Himmel/ wo in Freuden
GOtt seine Schäfflein will auff grüner Auen weyden;
Zum Himmel/ wo Sie lebt entfernt von aller Noth;
Zum Himmel/ wo die Lust soll ewiglich bestehen;
Zum Himmel/ wo Er Sie wird einstens wieder sehen.

Du aber frommer GOtt! nimm dieses Seufftzen an:
Erhalte den *Scholarch*! Verneure seine Kräffte!
Verbeßre/ als ein Artzt/ die schwache Lebens-Säffte!
Beschütze Ihm zum Trost **das Pfand der reinen Liebe!**
Und hilff daß Graam und Todt DIE FREUNDE nicht betrübe!

Mit mehr Wehmuth, als Worten suchte seine
Ergebenheit zu bezeugen
G. P. Schultz.

❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀

S. Bernh. Serm. 3. de septem fragm.

Quod bonam habuerim uxorem, in summis bonis pono. Non est quod cogitem, quanto diutius habere potuerim, sed quamdiu habuerim. Deus illam mihi non mancipio dedit, sed commodavit: cum visum deinde est repetiit, nec meam in eo satietatem secutus est, sed suam legem.

Sponte quidem donant Superi sua munera, rursus
Quum placuit repetunt, quæ tribuere prius.
Hac lege & fasces, fulvum metiuntur & aurum;
Hac veniunt, iterum gaudia fluxa meant.
At velut illustrat terras Hyperionis astrum,
Mox iubar Oceani flumine condit idem;
Nemo tamen queritur, radios quod subtrahit orbi,
Sed sperat tenebras pellere posse diem;

Sic

Sic sapiens, æqua contentus lege Tonantis,
Suscipit & tolerat, quæ pia fata ferunt.
Nil nostrum est, inquit; tellus qua diditur omnis,
Quave patet cœlum, Numinis esse reor.
Regna tenet Numen, versat regalia sceptra
Numen, & hoc subito summa tonante cadunt.
Quod mentes sapiunt. animat quod spiritus artus,
Quod cernunt oculi, sanaque membra vigent,
Non sibi Philosophi, Reges, Medicique dedere,
Omne hoc cœlesti pendet ab arbitrio.
Ergo reluctari superis nihil attinet: illis
Omnia, si jubeant, cedere parta decet.
Si repetant censum, nummos deponere certum est;
Si decus & fasces, sella curulis eat;
Si patria pellant, nigros divertar ad Indos;
Si morbum immittant, cura doloris erit.
Fata vocant natos? hos cœlo sustuli. amicos?
Stamina si fuerint deproperata, sequar.
Vita placet? dabitur. quod vivo, munere divum
Vivitur & lucrum nobile mortis erit.
O animum excelsum! nihil est invictius illo,
Nil etiam in mundo, quod vereatur, habet.
Quid mirum, uxorem si læta mente resignat,
Quam quoties cœlum mite reposcit, ait:
Alme Parens reddo, mihi quam tua dextera junxit,
Vitæ præsidium deliciumque meæ.
Casta fuit, pietatis amans, & provida conjunx:
Hæc in conjugij prædico summa bonis.
In votis fuerat vel centum vivere lustra,
Vixisse exiguo tempore fœnus erit;
Nata etenim superest, in qua mihi lucet imago
Conjugis, ac virtus sustinet omne decus.
Non mihi mancipio dederas, sed sorte locata
Ut fruerer, placuit dum revocare tibi.

Iam

Iam tua jussa sequar, legemque explere Parentis
Præstat, qvam brevibus me saturare bonis.
Ergo horæ dulces & gaudia curta valete!
Astra vocant, quæ mox nobile sidus erit.
Admitte hæc animo CONSUL *solatia presso*
OPTIME, *quæ gnarum pagina sacra docet.*
Non annos expende breves, sed longius ævum,
Quod Tibi restituet, qvæ modo rapta doles.
Hic æternus amor viget amplexusque perennis,
Qvi castas animas qui geniosque decet.
Sic dum obdurabis animo, TIBI *longa senectus*
Defluet, & PATRI NATA *superstes erit.*

Summo dolori NOBIL. DN. CONS. & Scholarchæ, hæc quasi fomenta adhibere voluit

IAC. ZABLERUS.

Denck ich HochEdler Freund! an den betrübten Tag/
Da deine Augen-Lust nunmehr entseelet lag/
Was vor ein Thränen-Guß aus deinen Augen rinnte;
So schreib ich jetzo mehr mit Thränen als mit Tinte.
Den diese Todes-Post nach Mittags umb 4. Uhr (†) — den 3. Octob.
War recht ein Donner-Schlag/ der mir ins Hertze fuhr/
Und das empfinden noch biß jetzo meine Glieder/
Denn diese sincken fast vor Schmertz und Wehmuth nieder.
Warumb? es fiel ein Baum der schönen Schatten gab/
Von dem ich vieles Guts bißher genossen hab;
Der fiel im Augenblick da man sichs nicht versahe/
Was wunder? wenn ich noch nicht weiß wie mir geschahe.

Du schmertzt/ Du jammerst mich HochEdler Herr und Freund!
Jch weiß daß du es stets mit mir recht treu gemeint
Und wenn ich Dich auch so wie meinen VATER ehre/
So weiß ich/ daß ich nicht die Ruh des VATERS stöhre.
Ach dörfft ich Dich doch nicht voll Schmertz und Jammer sehn!
Ach könt ich Dir mit Trost anitzt entgegen gehn!
Allein! verzeihe mir die Zunge ist gehemmet
Und das erschrockne Hertz ist gantz vor Angst beklemmet.

Drumb

Drub sag ich dieses nur: **GOtt der befriedge Dich.**
Er schütz und decke Dich hinführo Väterlich/
Die Jahre die der Todt der SEELGEN abgenommen
Laß GOtt zum Nutz der Stadt/ zu deinen Jahren kommen.

Dieses setzte voller Wehmut aus Schuldigkeit zu immerwehrendem Andencken der Wohlseeligen auff

Gottfried Weiß.

NOn jactura levis funesto vulnere fertur,
Svavis dum Conjux vi necis eripitur,
Iure, VIR AMPLE, doles, gravior datur ansa doloris,
Dimidium vitæ, CARA MARITA cadit;
Cui fulgebat in ore decor, flos ipse pudoris:
Cui laus præclara dexteritatis erat;
Qvam vixdum lustro socio TIBI pactus amore,
Deficit heu tragica præcipitique nece!
Ah præmaturos cineres & funus acerbum!
Ætatis florem mors inopina premit.
Clade gravi eripitur Tibi deliciumque senectæ,
NATA stupens vitæ præsidiumque dolet.
O stragem miseram duri tormenta laboris!
Talia quis cernens, temperet a lacrymis?
Sed revoces animũ, VIR INCLUTE, pone dolorem:
Non decus omne Tuum, nigra sepulchra trahunt.
En fruitur cœlo pia mens, regnoque salutis
Præmia sumit ovans quæ pia corda manent.
Mente feras ergo placida quod dextra JEHOVÆ
Inflixit vulnus: pharmacon ipse feret.
Adjiciat viduo glomeratis orbibus annos
Caræ quos sociæ protinus eripuit!

honoris & observantiae causa apposuit

S. T. Schœnwald, P. P. E.